

De obseruantia sabbati

dicat Iac. j. In mansuetudine suscipite in istis verbis: quod potest saluare animas vestras. scilicet in gloria sempiterna. Vnde igitur illis qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Quod nobis concedat quod sine fine vivit et regnat Amen.

Vnica prima in .xl. infra dies de obseruantia sabbati et celebratione festorum. Sermo. x.

Ominium deum tuum

adorabis et illi soli seruias. Abat. iij. et in euangelio. hodierno. Tanta nepe est nequitia demonum et nocendi cupiditas. quod quod a deo per charitatem generanda augmentanda et seruanda institutum est: totum conant auertere in opprobrium diuine dilectionis et in detrimentum nostre salutis. Statuerat namque deus sacra solennitates et dies festos ut cessarem a vitiis. vacarem ab operibus mundanis. et inisterem diuinis. Quia corda nostra per gustando suauitates et pluvia eternorum delicata sabbata celebraret: sed infideliate humani generis inimico quod statutum fuerat ad dei gloriam et nostram saluationem. iam vitiosum sum est ad dei ignominiam et nostram damnationem. Proinde Esa. j. de nobis querit dicens. Ralcedas vestras et solennitates vestras odit anima mea facta sunt mihi molesta. laboravi sustinens. scilicet usque ad tempus quod dices cum accepit ego iustitias iudicabo. Ite et Amos. v. c. Qui et pieci festiuitates vestras: et non capiam odoratum cetuum vestrum. Ite magister profusus christianorum. Iudei tanta diligentia obseruauerunt sabbatum israhel: et christicolae insensati tanta solertia. polluerunt sabbatum. Vnde de christianitate dicit. Dixerunt in corde suo cogitatio eorum simul. quod fecerit faciamus omnes dies festos dei a terra: quod est quasi destruumus diuinum cultum in mundo. Accedente deus Exo. xx. in tertio precepto decalogi ait. Memoro ut die sabbati sanctifices. Quod est aliud thema. In quo per ordinem tres ponunt mystice admonitiones. Prima est recordationis ibi. Memoro. Secunda est cessationis. ibi. ut die sabbati. Tertia est sanctificationis. ibi. sanctifices. Primum pertinet ad memoriam. secundum ad intelligentiam. tertium ad voluntatem: ut inuat quod tota anima diebus festiuis debemus vacare deo. Et hoc idem inuit propositum verbis quod etiam ponit Deut. vi. Deum deum tuum adorabis et illi soli seruiet: quod maxime in diebus festiuis obseruandum est. quia ad hoc principaliter deo dicati sunt.

paliter deo dicati sunt.

Articulus primus de tribus que principaliter considerari debent circa festorum celebritatem.

Capitulum. j.

Primo considerem recordationes: quia ait. Memoro. In nullo quidem aliorum preceptorum posuit dominus hoc verbum memoro. Et licet possent de hoc dari plurime rationes: vnam pono tale. Preuiderat enim deus humane fragilitati conditionem et quatuordecim diebus totius hebdomade mundanorum sollicitudines memorias hominum occuparet. intelligencias excederet. atque affectiones et voluntates delectabiliter insisteret: ideo ut animam preuideret ruine tutasque redderet ante casum memoro ait ut diem sabbati sanctifices. Dicit enim in fronte huius precepti memoro: quod secundum Alex. de hal. in. iij. illud suum preceptum ultra israhel sensum qui est de cessatione ab opere civili habet alterum triplicem intellectum. scilicet tropologice anagogice et allegorice. Ideo hec prima admonitio triplicem requirit sensum. scilicet ut memoriam habeamus trium diuinorum beneficiorum. Primo creationis. secundo redemptionis. tertio glorificationis. quasi nisi principium. nostri medicum. et nisi finis. Primo ut recolamus beneficium creationis. Ita tropologice seu moraliter per sabbatum significatio cessatio operis. Proinde circa creationem tria consideranda sunt. Primo quod deus vniuersa creauit. secundo quod omnia propter hominem condidit: tertio quod hominem ad sui imaginem formauit. Primo considerandum est quod deus vniuersa creauit. Ne igitur huius obliuionem incurrerem ait. Memoro. Preuiderat enim deus quosdam futuros esse qui ponerent mundum esse eternum: eo quod per viam nature non possent intelligere creationem. Operatio enim nature materiam presupponit: creatio autem cum sit operatio dei est de nihilo aliquid producat per se potestas infinita. Contra hunc errorem ait Job. j. Quia per ipsum facta sunt terra. Ad hunc igitur errorem ab hoc secundo eliminandum sanctificari sabbatum ordinauit. Secundo considerandum est quod deus omnia propter hominem condidit. Vnde Aug. de creatio omnia propter hominem et hominem propter se. Vnde Sap. ix. Sapientia tua constituit hominem ut distaret creature tue et disponat orbem terrarum in equitate. Vnde ps. Quia ibi estis super pedibus eius. Tertio considerare oportet quod deus hominem ad imaginem suam formauit sic dicit Gen. j. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Vnde Eccl. xvij. Dominus creauit hominem de terra: et secundum imaginem suam fecit illum. Quod ne tantum beneficium eius oblitum ait tropologice memoro. scilicet quod